

autem, quo presentes littere nostre non presentarentur ad tale tempus, quod dicti consiliarij et camerarij possent expedire factum, antequam Ducha et consiliarij
 55 noui illuc aplicuerint, ex nunc dicta cognicio et terminacio intelligatur, et sit
 commissa dictis Duche, et consiliarijs futuris, cum condicionibus et modis omni-
 57 bus quibus erat commissa predictis.

3

Ὁ ἐκλεγῆσόμενος ρέκτωρ Χανίων ἐκλέγεται διὰ τεσσάρων ψηφοφοριῶν, ἐκάστη τῶν ὁποίων ἐπικυ-
 ροῦται χωριστά. Ὁ λαμβάνων τὰς πλειοτέρας ψήφους διορίζεται, ἐὰν ὁμῶς οὐδεὶς ἔλαβε τὴν
 βάσιν, τότε οἱ δύο ὑπερψηφίσαντες διανέμονται ἐξ ἴσου τὰς ψήφους τοῦ τρίτου. 1353, Ἀπριλίου 4.

F^o 21^{to} Millesimo trecentesimo LIII. Indictione VI^a, die IV Aprilis.

Capta. Quod rector Canee fiendus per duos annos sequentes fiat per quatuor
 manus electionum approbando omnes electos ad unum ad unum; et ille qui
 habuerit plures ballotas, habendo maiorem partem consilii sit firmus. Et si nullus
 5 transiret medietatem consillij, illi duo, qui habuerint plures ballotas, uadant unus
 per medium alterius. Et siquis eligeretur per tres manus electionum, uel duo eli-
 gerentur per duas manus, ita quod essent tantum duo electi, uadant unus per
 medium alterius. Et siquis eligeretur per quatuor manus sit firmus. Et ista additio
 9 salarij soluatur deinde, sicut soluitur salarium. Et est capta per consiliarios et XL.

4

Ἐπίσης καὶ ὁ δούξ Κρήτης ἐκλέγεται διὰ τεσσάρων ψηφοφοριῶν, ἐκάστη τῶν ὁποίων ἐπικυροῦται
 χωριστά. Ἐκλογή ὁμῶς μὴ συμφωνοῦσα πρὸς τὰ διατεταγμένα κατὰ τὸ 1349, δὲν δύναται νὰ
 ἐπικυρωθῇ. Ἐπίσης ἀνεφύη διαφορὰ ὡς πρὸς τὴν ἐκλογήν συμβούλων ἐὰν δηλαδὴ συμφώνως
 πρὸς τὸ καπιτουλάριον ἢ ἐκλογή αὐτῶν δέον νὰ ἐνεργεῖται δις ἢ ἅπαξ. Ἀπεφασίσθη ἅπαξ. 1354,
 Ἰανουαρίου 15.

F^o 33^{to} Millesimo trecentesimo LIII. Indictione VIII^a, die XV Januarij (M. V.)

Cum Ducha Cretensis fieri debeat per quatuor manus ellectionum, et appro-
 bari electi ad unum ad unum, et illi qui haberet plures ballotas esset firmus, et
 si nullus transiret, illi duo qui haberent plures ballotas irent unus per medium
 5 alterius, et forent ellecti ser Johannes Gradonico et ser Zacharias Contareno et
 ser Johannes Fuscari duplus; et inventum fuerit, quod ser Zacharias Contareno
 non poterat, et sic remanebant ellecti solum ser Johannes Gradonico, et ser Johan-
 nes Fuschari, et determinatum esset per Dominum et consiliarios, quod isti duo
 soli non debebant approbari, nisi fieret electio de alijs, adherentes in hac parte
 10 cuidam terminationi facte per maius Consilium in 1349. Et post hanc determina-
 tionem oriretur aliud dubium utrum scilicet fieri deberet adhuc due manus

electionum uel una, reperientibus se tribus consiliarijs in una oppinione, et tribus in altera, posite fuerunt partes secundum formam capitularis consiliariorum in modum declarationis.

Capta. Prima fuit domini ser Bertucij Grimani et ser Marci Mauroceno consiliariorum, et ser Thome Viadro aduocatoris intrantis loco consiliarij, quod deberet fieri solum una manus; et fuit capta—238. 15

Secunda ser Lisij Vitalis, ser Petri Trivisano consiliariorum, et ser Petri Justiniano capitis de XL intrantis loco consiliarij, quod fierent duo manus. — 202. Non sinceri 15. 20

5

Πολλοὶ ἐκ Κρήτης καὶ ἀλλαχόθεν ζητοῦσι χάριτας πρὸς ἀπολαβὴν ὁφικίων παρὰ τοῦ Δόγη, ἀπόν-
τες ἐκ Βενετίας, ἔνεκα τούτου τὰ ὁφίγια δίδονται πολλάκις εἰς πρόσωπα ἄγνωστα καὶ ἀνεπαρκῆ.
Διὰ τοῦτο τοῦ λοιποῦ οὐδὲν ὁφίκιον θὰ δοθῇ εἰς Κρήτην, Εὐβοίαν ἢ ἄλλας χώρας πέραν τῆς
Ἀδριατικῆς, εἰς πρόσωπα μὴ εὐρισκόμενα ἐν Βενετίᾳ ἐπὶ ποινῇ λιτρῶν 100 δι' ἕκαστον σύμ-
βουλον, πρόεδρον ἢ ἄλλον προτείνοντα ἢ ἀποδεχόμενον τὰ ἐναντία. 1359, Ἰουνίου 30.

F^o 68^{to} Millesimo trecentesimo LIX, die ultimo Junii. 1

Capta. Cum multi de insula Crete, et aliunde faciant peti gracias a dominio de offitijs, non existentes presentes Venetijs, ex quo sequitur quod dicta offitia multociens dantur insufficientibus et ignotis personis; uadit pars, quod decetero non possit conferri, uel dari aliquod officium Communis in insula Crete, Nigropontis, uel aliis locis nostris extra Culphum alicui persone, que non sit tunc presens Venetijs sub pena librarum c. pro quolibet consiliario, capite et alio ponente uel consentiente partem in contrarium. 5 8

6

Ὡς ἀπεφασίσθη κατὰ Νοέμβριον τοῦ 1340, τὰ κτήματα τῶν χωρίων τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν κοινότητα μισθοῦνται μόνον διὰ δημοπρασίας, οὕτω ἐκ τοῦ μισθώματος ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ δύναται νὰ γίνῃ ἐκπесμὸς ὑπὲρ οἴου δήποτε, ἐπὶ ποινῇ 100 λιτρῶν δι' ἕκαστον σύμβουλον, πρόεδρον ἢ ἄλλον τινά. 1359, Ἀυγούστου 4.

F^o 68^{to} Millesimo trecentesimo LIX, die IV Augusti. 1

Capta. Cum dominatio olim in MCCCXL mense Novembris prouiderit pro euidenti utilitate et necessitate Communis, quod cassalia Crete non possent dari per gratiam, uel in solutum, uel aliquo alio modo, quam per mercatum sub pena librarum c. pro quolibet consiliario et alio ponente, uel consenciente partem in contrarium, et ab aliquo tempore citra, sit facta gratia aliquibus habentibus de dictis casalibus ad afflictum, remittendo eis partem afflictus. Quod quippe manifeste est contra bonum Communis et contra intentionem terre que ideo uoluit, quod non darentur aliter, quam per mercatum, quia uoluit quod remitteretur aliquid de eo quod 5

